


(3)

ILLVSTRISSIMI, AC
REVERENDISSIMI AEGIDII

ALBORNOTII S. R. E. CARDINALIS:

TOTIVS ITALIAE LEGATI, ARCHIEPISCOPI
THOLETANI, AC COLLEGII HISPANARVM
BONONIAE FUNDATI INSTITVTORIS

TESTAMENTI.



Cum licentia Reueren. Vic. Epis. ac Reuer. Pa. Inquis.




124048093

ILLASTRISIMI AC
REVERENDISSIMI AEGIDIHI
ALBORNOTII S.R.E. CARDINALIS
TOTIAS ITALIAE LEGATI ARCHIEPISCOPI
THOMITANI AC CONSILII HISPIAECARUM
BONONIAE RUNDATI INSTITUTORUM
TESTAMENTI



Carmen Iacobi Regis et Al. Fili ac Regis P. J. M. L.



N Dei nomine. Amen. Anno à nativitate eiusdē Millesimo tercentesimo sexagesimo quarto. Indictione secunda, die vero vigesimali nona, mensis Septembris. Pontificatus Sanctissimi patris, & Domini N. D. Urbani diuina prouidentia, ac clementia Papæ. V. Anno secundo, præsentibus me Notario, & Testibus infra scriptis ad hoc vocatis specialiter, & rogatis: Reuerendissimus in Christo pater, & Dominus D. Aegidius miseratione Diuina Episcopus Sabinen. Sanctæq; Ecclesiæ Romanae Cardinalis sanus mente, & corpore, habens licentiam testandi, ordinandi, & disponendi libere de omnibus bonis ad eum pertinentibus cuiuscunq; quantitatis, seu valoris fuerint, à Fe. Re. D. Innocētio Papa. VII. prout in literis Apostolicis ipsius Domini Papæ vera integra Bulla plumbea eiusdem more auct. bullat. continetur. Quarum quidem litterarum Apostolicarum tenor talis est.

Innocentius Epis. Seruus seruorum Dei. Venerabi. Fratri Aegidio Epis. Sabinen. Apostolicae sedis legato salute, & Apostolicā Benedictionem. Cum nihil sit quod magis hominibus debeatur, quam supræmotæ voluntatis liber sit stilus, & liberum quod irritū nō reddit arbitriū. Nos tuis supplicationibus inclinati, testandi, ordinandi, & disponendi libere de omnibus bonis ad te pertinentibus cuiuscunq; quætitatis, seu valoris fuerint, etiam si illa ex prouentibus Ecclesiasticis, seu Ecclesiis tibi commissis, vel alias personæ tuæ, vel tui cardinalatus intuitu, ratione, aut contēplatione ad te peruenierunt, & peruenient in futurum plenam, & liberam tibi licentiam tenore præsentium elargimur. Nulli ergo omnino hominum liceat hâc paginam nostræ concessionis infringere, vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum.

Datū Aviunion. ii. kalen. Octobris. Pont. N. Anno. VI. De bonis suis prædictis pro sua, parentū, & benefactorū suorum animabus Testamentum suū, seu vltimam voluntatem suam huiusmodi fecit, condidit, ac etiam ordinavit in hunc modū.

Ego Aegidius miseratione Diuina Epis. Sabinen. Apostolicae sedis Legatus, sanctæq; Romanae Ecclesiæ Cardinalis. Considerans, & attendens, quod nil certius morte, nihilq; incertius hora mortis: desiderans ad diē peregrinationis meæ, extrema dispositione testamentaria peruenire de bonis meis prædictis pro mea parentum, & benefactorum meorum animabus Testamentum meum, seu meam vltimam voluntatem huiusmodi facio, condo, & etiam ordino in hunc modum.

Imprimis fidem catholicam quam sancta Romana Ecclesia tenet, docet, & prædicat, firmiter credo, & simpliciter confiteor, & in ipsa fide mori volo, & saluari: & quando me de præsenti seculo migrari contigerit, animam meam sanctæ, & individuæ Trinitati gloriosæ Beatæ Mariæ semper virginis, beatis apostolis Petro, & Paulo, & beato Clementi Martyri, totiq; curiæ cœlesti commendabo.

Item dispono, & ordino, quod funeralia mea, siue exequiæ fiāt in Ecclesia Beati Francisci confessoris Ordinis minorum fratrum, Ciuitatis, terræ, seu loci in quo me mori contigerit: & si forte in Ciuitate, terra, seu loco vbi me mori contigerit,

talis Ecclesia Beati Francisci confessoris non fuerit, volo, & ordino, quod funeraria mea fiant in solemniore Ecclesia ipsius Cittatis, terræ, seu loci in quo me viam carnis ingredi contigerit vniuersitatem, & non singularem.

Item volo, dispono, & ordino quod si contingat me mori in Italia, corpus meum sepeliatur in Ecclesia beati Francisci de Assisi sub deposito, & commenda, Ita quod quandocunque contigerit cessare indignationem istius, vel alterius Regis Castellæ contra illos de genere meo, ossa mea portentur ad Ecclesiam Toletan. & sepeliatur in Capella Beati Illephonsi confessoris in medio coram Altari eiusdem Beati Illephonsi, & fiat ibi tumulus iuxta decentiam status mei, & hoc intelligo si in vita Reuerendi patris Domini Lupi Archiepiscopi Cæsaraug. vel alicuius ex fratribus meis, videlicet, nobilium virorum dominorum Aluari Garsiae, vel Fernandi Gometii, Commendatoris Montis Alban, seu Gometii Garsiae nepotis mei nati predicti Domini Aluari Garsiae fieri comode possit, alias ex tunc volo quod ossa mea non transferantur de dicto Monasterio Sancti Francisci de Capella in qua sepulta fuerint, sed ibi requiescant absq; translatione quacunq;

Item dispono, & ordino, quod quamcuius fieri poterit, post mortem meam celebrentur pro remedio animæ meæ quinquaginta millia Missarum, videlicet, triginta quinque millia in Italia, de quibus decem millia celebrentur, per fratres Minorum conuentus Assisi, & aliorum conuentuum Ducatus Spoleto. iuxta ordinacionem, & distributionem fiendam per venerabiles Dominos Alphonsum Firman. & Nucern. Episcopos: viginti millia vero celebrentur per fratres predicatorum Minorum, & haeremitas S. Augustini, & Beatae Mariæ de monte Carmeli in prouinciis Marchiæ Anconitan. & Romandiæ, iuxta ordinacionem, & distributionem fiendam per venerabiles patres Dominos Henricum de Sexa Brixien. & predictum Alphonsum Firman. Episcopos, & Fernandum Aluari Abbatem Vallisoletti, & Alphonsum Fernandi Thesaur. Toletani camerarii meum. Quinque millia vero celebrentur in ciuitate Bononiae de quibus tria millia volo celebrari per religiosos ordinum Mendicantium, & duo millia per presbyteros seculares iuxta ordinacionem, & præstationem Religiosi viri Fratris Thomasini Ministri Ordinis sancti Francisci in prouinciis Bonon. & Romandiæ, & predictorum Fernandi Aluar. Abbatis Vallisoletti, & Alphonsi Fernandi Thesaur.

De aliis vero quindecim missis decem millia celebrentur Auniione secundum ordinacionem, & distributionem Reueren. patrum dominorum meorum dominorum Nicolai Episcopi Thusculan. Petri apostolicæ sedis Vicecancelarii tunc sanctæ Anastasie presbyteri, & Petri S. Mariæ nouæ Diaconi sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis. Triamillia vero celebrentur per Religiosos conuentum Mendicantium ciuitatis, & dioec. Cæsaraug. iuxta ordinacionem predicti Domini Archiepis. Cæsaraug. duo millia autem celebrentur per religiosos mendicantes, & clericos seculares ciuitatis, & diocesis Cochensis. iuxta ordinacionem, et distributionem venerabilis patris domini Bernardi Episcopi, & Martini Fernandi Decan. & capituli Ecclesiæ Conchen.

Item

Item lego pro centum puellis maritandis in Diœc. Toletan. & Conchēsi cui-libet tercentos Marapetinos monetæ illarum partium nunc currentis.

Item lego pro redimendis Christianis captiuis in terra Saracenorum triginta millia Marapetinos monetæ regni castellæ nunc currentis.

Item cum ego statuerim sex capellanias perpetuas in Ecclesia Toletana, sintq; solum quattuor dotaræ. Lego capitulo dictæ Ecclesiæ Toletanæ, triginta millia Marapetinos dictæ monetæ pro aliis duabus dotandis, ita quod ipsi incorporent eas cum bonis mensæ suæ iuxta conditionem, & ordinationem aliarum quattuor.

Item lego capitulo Conchensis Ecclesiæ molendina ad farinam, & rapos quæ ego habeo in fluvio qui vocatur Xucar propè ciuitatem Conchen. quæ alias fuerunt Michaelis sancti, cum soto, & omnibus pertinentiis suis, sicut ego emi.

Item lego eidem capitulo Conchen. omnes possessiones quas ego emi propè ciuitatem Conchen. quæ vocantur la dehesa ab Hendibo, à Ioanne sanctio della Roquilla, & Ioanne Martino filio Petri Martini Macellarii Conchiensis, & volo, & rogo, decanum, & capitulum, quod ipsi instituant duas capellanias perpetuas iuxta conditionem aliarum capellaniarum institutarum per patrem, & matrem meos, & me: & capellani debeant celebrare in capella vbi parentes mei sunt sepulti pro remedio animarum suarum, & meæ.

Item lego pro anima mea eidem capellæ vnum calicem argenteum deauratū ponderis trium marcharum, & paruam crucem quæ est in capella mea.

Item duas casulas, vnam albam, & aliam rubeam de iaspide cum albis amictis, stolis, manipulis, & cingulis.

Item lego eidem Ecclesiæ Conchien. caput argenteum cum reliquiis Beati Blasii ponderis quadraginta octo marcharum.

Item pluiale meum preciosum de opere anglican. uolo tamē quod dicti Decanus, & capitulum nunquam possint illa alienare, vendere, seu impignorare, sed quod perpetuò reseruentur in Sacristia cum aliis iocalibus, & reliquiis Ecclesiæ, nec ad aliquem usum inde extrahantur nisi infrascriptis festiuitatibus, videlicet, Natalis Domini, Circuncisionis, Epiphaniæ, Beati Blasii martyris, Purificationis Beatæ Virginis, Annunciationis eiusdem, Resurrectionis Domini, Ascensionis, Pœthecostes, Trinitatis corporis Christi, sancti Ioannis Baptiste, beatorum Apostolorum Petri & Pauli, beatæ Mariæ Magdalena, Assumptionis beatæ Virginis, Nativitatis eiusdem, Omnim Sanctorum, beati Clementis martyris, Annunciationis Dominicæ, quæ celebratur per octo dies ante Nativitatē domini dictū caput extrahatur dum celebantur diuinæ ad altare, vel ad processionem, & dictum pluiale ad vesperas, matutinum, & processionem per Conchen. vel per quemcū que alium Episcopum qui ibi celebret, vel absente Episcopo in processione tantū per illum qui celebrabit Missam maiorem, & volo quod pro dicto capite fiat, vel pes planus, vel duo Angeli quibus decenter sustentetur ponderis. x x. marcharū argenti deaurati: & volo quod si per Decanum, & capitulum, vel per Episcopum fiat aliquid contra conditiones supradictas, videlicet, alienando, vel impignoran-

do, vel trahendo de Ecclesia iuxta ciuitatem aliquid de iocalibus supradictis, vel
vtendo aliis diebus, fratres mei prædicti, vel hæredes eorum, aut quicunque ex ip-
sis, & descendentibus ab eisdem possint reuocare, & sibi habere prædicta iocalia,
& omnes possessiones quas supra lego eidem capitulo.

Item volo, quod restituantur eidem capitulo Conchen. Ecclesiæ Biblia ma-
nualis, & Thomas super Lucam, & Ioannem quos ab eis habui, & tenebam ad vi-
tam.

Item lego Ecclesiæ Toletan. imagines beatorū Eugenii, & Illephonsi ad vsum
altarium sancti Saluatoris, & beatæ Mariæ intra chorum.

Item volo, & ordino, quod Archiepiscopo Toletano assignetur mitra vocata
de camaffeis, quam habeo quæ est Ecclesiæ Toletan. cum omni melioramento
facto per me de margaritis, lapidibus, & aliis.

Item volo, & ordino, quod restituantur eidem Archiepiscopo Toletano plu-
uiale, & casula, seu planeta de Ximero albi coloris, cum pulcherrimis aurifrisis
de margaritis, & auro.

Item chirothecæ cum Perlis, & smaltis antiquis. Item duo Anuli Pontificales
vnum cum vno camafeo satis pulchro, cum multis smaragdis paruis in circuitu, &
alio cum vna saphiro in medio, vbi est quædam imago sculpta, & incircunferen-
tia sunt aliqui lapides, & margaritæ, quia sua sunt, & habui solum vsum ad uitā
à Domino Gundisaluo prædecessore meo.

Item lego eidem Archiepiscopo Toletano pro capella sua duo paria Bacciliū
de argento, alterum deauratum, quod mihi dedit Dominus Ioannes Archiepiscop-
pus Mediolanensis, & istud par lego sibi loco duorum baccilium, etiam deaurato-
rum quæ habui de capella sua, quorum vnum fuit mihi furatum in Regno Castel-
la dum eram Archiepiscopus, alterum remanet inter bona mea; aliud par sit albū
cum smaltis in medio, & horla de aurata ponderis duodecim marcharum, quod
sibi lego loco duorum aliorum baccilium de argento albo, quæ inueni in capella
sua, & dicebantur empta per Dominum Guterium, quæ nunc non inueniuntur
in bonis meis, quia forte fuerunt mutata in aliam formam.

Item volo, & ordino, quod restituantur eidem Archiepiscopo Toletano om-
nes libri in quibus inuenietur scriptum in postis, vel in cartis, vel in principio, vel
in fine quod sunt Ecclesiæ Toletanæ. Item volo, & ordino, quod idem fiat Ec-
clesiis Tarraconen. & Cæsaraug. de libris quos legauit eis bonæ memoriaræ Domi-
nus Eximus Archiepisco. Toletan.

Item est sciendum quod ego olim emi à claræ memoriaræ Domino Alfonso
Rege Castellæ, & legionis illustre castrum de Paracuellos Toletan. Diœc. pro cen-
tum vigintiquatuor millium Marapet. monete Regni Castellæ quantitate, quod
quidem castrum fuit ordinis militiæ sancti Iacobi, & ideo castrum prædictum, &
omne ius quod mihi competit in eo, seu dictam centum viginti quatuor milliū
Marapitinorum quantitatem. Si forte Rex Castellæ vellet ipsum castrum pro se
retinere, vel dictus ordo recuperare, & prædictam Marapitinorum quantitatem
soluere

soluere lego decano, & capitulo dictæ Ecclesiæ Toletanæ, ita tamen quod idem Decanus, & Capitulū postquam prædictum castrum, seu pecuniam recuperauerint, teneātur de redditibus suis quos habent in villa de Briocha Toletanen. Dicē cel. & eius territorio, dare, & soluere singulis annis priori, & conuentui Monasterii sancti Blasii de villa Deliciosa duo millia Marapetinos monetæ illarum partiu; mille, videlicet pro reparatione domorum, & mille pro vestuario canonicorum ipsius Monasterij: & in casu quo dicti Decanus, & Capitulum Ecclesiæ Toletanæ pro castro, seu quantitate centum viginti millium Marapetinorum prædictorū nollent prædicta duo millia Marapetinorum præfatis Priori, & conuentui sancti Blasii annis singulis dare, & assignare; lego prædictum castrum de Paracuellos, & omne ius quod mihi competit in eodem, siue prædictam centum viginti quatuor milliū quantitatē Marapetenē. præfatis Priori, & conuentui monasterii sancti Blasii de villa Deliciosa pro prædictis.

Item ordino, & mando, quod imago Beatæ Virginis Mariæ quæ est in Capella mea, quæ est ponderis triginta marcharum detur; conuentui beati Francisci de Assisio, & tria tapeta maiora mea, videlicet illud quod fuit emptum in Anchona pro lx. Ducatis: & illud quod fuit Domini Albertachii, & alterum de duobus maioribus ad arma mea.

Item lego eidem conuentui pto fabrica Ecclesiæ, & conuentus mille florēnos.

Item lego Ecclesiæ Sabinen. vbi magis utile, & necessarium fuerit iuxta arbitrium, & dispositionem executorum meorum quingentos florenos.

Item mando, & ordino, quod redditus, & fructus percepti, & debiti à sex annis citra de Ecclesia sancti Clementis in Vrbe tituli mei expendantur in reparatio ne dictæ Ecclesiæ iuxta dispositionem executorum meorum.

Item volo, & ordino, quod in Ecclesia cathedrali Anchon. in loco quem Episcopus ipsius Ecclesiæ cum suo capitulo, & executores anni præsentis elegerint cō struatur una capella in honorem prædicti beati Clementis martyris.

Item lego fratribus prædicatoribus de Anchona pro fabrica Ecclesiæ suæ centum florēnos.

Item lego Fratribus Hæremitis de Anchona, centum florēnos.

Item lego fratribus minoribus de Anchona pro complemento Refectorii, & capituli sui monasterii ducentos florēnos.

Item mando, & ordino, quod ordinentur, & dotentur duæ capellaniæ perpetuæ in Ecclesia Beatæ Mariæ Magdalena, & sancti Cataldi quæ est intra Rocham Papalem Anchon. & emantur possessiones sufficiētes pro duobus capellanis, ita quod quilibet eorum habeat ad minus. x x. flo. annuatim, & celebrent quotidiè in dicta capella. Præsentatio, autem prædictarum capellaniarum pertineat ad Thesaurarium prouinciae Marchiæ Anchonitan. & Castellan. dictæ Roche, qui pro tempore fuerint. Institutio autem pertineat ad supradictum Episcopum Anchonitanum.

Item volo, & ordino, quod nullus dictorum capellanorum possit habere ali-

quod beneficium in ciuitate Anchonæ, nec etiam extrà si requirat residentiā, & si receperit, vel habuerit aliquod tale beneficium ipso facto vacet dicta capellania, & de ea disponatur per præsentationem, & institutionem, ut prædictum est.

Item lego omnibus Capellanis sociis meis, qui fuerunt mecum in Italia, & inter fuerint sepulturæ meæ cuilibet centum florenos, & Domicellis cuilibet. lx. florenos. Clericis verò de capella, & aliis de raubis clericorum cuilibet quinquaginta florenos, aliis officialibus, & parafrenariis deputatis ad seruitum meum immediate, illis videlicet de raubis officialium cuilibet. xxx. & de illis raubis gartionis cuilibet. xv. florenos aureos.

Item lego fratri Didaco socio prædicti episcopi Firman. quinquaginta flor.

Item volo, & ordino, quod omnibus Prælatis, & aliis capellanis sociis meis, & familiaribus, qui tempore obitus mei mecum erunt, & corpus meum associauerint usque ad sepulturam, & post per nouem dies fiat expensæ decentes, sicut est consuetum in Tinello meo.

Item volo, quod in vestibus familiae, cera, drapis aureis, & aliis non fiat excessus nisi sicut est consuetum aliis Cardinalibus in Auinione.

Item volo, quod à die obitus mei, usque ad diem sepulturæ, & nouem dies sequentes secundum dispositionem executorum meorum qui fuerint præsentes, videlicet in locis quod pro quolibet die pascantur, & induantur panno grosso de lana, vel lineo duo millia pauperum.

Item ultra prædictos. lx. florenos aureos legatos cuilibet Domicello, lego Ferdinandi Sanctii de Moia cubiculario meo unum ex equis meis quem elegerit, & octingentos florenos aureos pro matrimonio suo, si contingat eum recipere uxorem in Italia. Si autem contingat eum ire ad partes, & ibi recipere vxoret, lego sibi tantum. xl. florenos, & domum de taracena aldea de huete, cum hæreditatibus, vineis, molendinis, ortis, pratis, & pascuis, & aliis terris cultis, & incultis, & cum aliis omnibus possessionibus, et bonis mobilibus, et immobilibus, quæ ibi habeo, et habere debeo, sicut in eis successi patri, et matri meis.

Item lego ultra prædictos. l x. florenos Garsiæ Fernandi de beluiso. x l. florenos aureos, et domum meam de bel monte, cum hæreditatibus meis, ortis, molendinis, pratis, pascuis, et aliis terris cultis, et cum aliis omnibus possessionibus, et bonis mobilibus, et immobilibus, quæ ibi habeo, et habere debeo, sicut in eis successi patri, et matri meis.

Item lego ultra prædictos. lx. flo. Gundisaluo Roderici de cisneros. ccc. flor.

Item lego ultra prædictos. lx. florenos Nuncio Fernandi de funes tercetos flor.

Item lego prædicto Domino Aluaro Guarsiæ fratri meo pro filiabus suis mariandas sex milia flor. Item lego Catherinæ nepti meæ filiæ prædicti D. Fernandi Gometij commendatoris montis Albani fratribus mei pro matrimonio quinque millia flor. & rogo præfatum Reuerendum patrem Dominum Lupum Archiepiscopum Cæsaraug. quod ipse assumat istud onus de Maritando eam, sicut sibi visum fuerit: & quod de pecunia per eum mihi debita soluat prædicta quinque millia

5

florenos, & si (quod absit) antequam virum recipiat contingat eam mori, vel quo quomodo non ducere virum cum effectur, volo quod dictum legatum. 5000.
flor. redire debeat ad vniuersalem hæredem meum infrascriptum.

Item lego Gometio Garsia militi nepoti meo nato præfati D. Aluari Garsia aldeas infrascriptas, videlicet, el Foio de Concha, Canizates Vnnā el aldehuela, e valderneca cum omnibus vasallis, & iurisdictionibus suis cum pascuis, omnibus, fluuiis, lacunis, molendinis, venationibus, pratis, vineis, ortis, & omnibus aliis possessionibus, & bonis mobilibus, & immobilibus, tam cum illis in quibus successi patri, & matri meis, quam cu[m] aliis quæ in prædictis locis, & terminis suis emi, vel melioraui.

Item lego prædicto Gometio Garsia domum de la de Hesa, & domum de Viuera. Item domum de Ballesteros. Item domum de Villar de Olalla. Item domum de Olmeda propè valeram cum alcolea, & Villar di telas. Item domum de valera de suo, cum nogueron. Item domum de valera de yuso. Item domum de mezquitas. Item domum de laparrilla, cum omnibus domibus, & hæreditatibus vineis, molendinis, ortis, pratis, & pascuis, acaliis terris, cultis, & inculti, & cum aliis possessionibus, & bonis mobilibus, & immobilibus, quæ in eisdē locis, & terminis suis habeo, & habere debeo. Item lego eidem Gometio Garsia Vallensal-lobre cum suis pascuis, & salinis.

Item lacunas de Palomera cum pertinentiis suis, sicut ego habebam.

Item lego Aluario nepoti meo filio prædicti Domini Aluari Garsia omnia illa quæ ego habeo, & habui in Naharos, Xuartos, Buruanos in valle iudaorum aldeas de huete, cum omnibus pertinentiis suis. Item volo, & ordino, quod solvatur omnia debita in quibus secundum bonam veritatem reperiatur me teneri, & de his plenarie satisfiat.

Item lego, & ordino, quod fiat ratio secundum bonam veritatem inter Cameram Romanam, & me: & si reperiatur, quod ego teneor Cameræ, volo quod eidem satisfiat de bonis meis, & si reperiatur, quod camera teneatur mibi illud in quo tenetur assignetur executoribus meis infrascriptis.

DE residuo autem bonorum meorum, ordino quod fiat in Ciuitate Bohoniensi vnum Collegium scholarium in loco decenti, scilicet, propè scholas, & construatur decēs hospitium cum viridario, & aulis, & cameris, & construatur ibi capella decens, & bona ad honorem beati Clemētis Martyris, & emantur redditus sufficiētes ad prouisionem viginti quartuor Scholarium, & duorum capellanorū pro illa bursa, & vita de qua ordinabo, quam domum, seu Collegium volo domum Hispānicam nominari; & prædictū Collegium, vel domum instituo vniuersalē hæredem in omnibus pecuniis baxella, libris, tam iuris canonici, quam ciuilis, & quarumcūque aliarum facultatum, et omnibus aliis bonis meis, & alias quocunq[ue] modo mihi debitiss, tam per administratores, qui administrauerunt pro me Toletan. & Segobien. Ecclesiastis; et eorum hæredes, quam per regem Castellæ, et alios occupatores bonorum meorum



patrimonialium, & reddituum omnium beneficiorum meorum quæ habeo, & obtineo in regnis Castellæ, & Legionis, quam etiam per procuratores, qui sunt, & fuerunt pro me in beneficiis meis regnorum Castellæ, & Legionis Franciæ, & Portugalliæ, & Aragoniæ, ac alias vniuersaliter per quoscumque, excepto quod illud, quod debeatur mihi de capello per executores meos infra scriptos mandetur distribui pauperibus. I E S V C H R I S T I in Ciuitate Auinione.

Item volo, & ordino, quod supradicti Fernandus Aluar, abbas Vallisoletti, & Alphonsus Fernadi Camerarius singulariter habeant curam, & administrationem construendi domum prædictam, seu Collegium, & capellam, & emendationes, & redditus pro viatu dictorū viginti quatuor Scholarium, & duorum capellorum, & ipsis mando, ac etiam rogo, quantum possum, quod post mortem meam temaneant Bononiae ad minus per duos continuos annos, ad complendum prædicta, & lego eis pro expensis, & labore, ultra prædicta cuilibet sexcētos florenos. Et ad omnia, & singula supradicta iuxta voluntatem, & ordinationes meas exequenda Reuerendissimos in Christo patres, & dominos meos diuina prouidentia Nicolaum Episcopum Tusculan. & Petrum Apostolicæ sedis Vice cancellariū tunc sanctæ Anastasiæ presbyterum, ac Petrum sanctæ Mariæ nouæ Diaconum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales superius nominatos: & sub eis, & eorum mā dato ad complendum ea, quæ hic in Italia sunt fienda, Venerabiles patres Dominos Henricum Brixiensem, Alphonsum Firman. Episcopos, & nobilem militem dominum Gometium Garsiæ, Fernandum Aluari abbatem Vallisoletti nepotes meos: & Alphonsum Fernandi Thesaur. Toletanum, camerarium meum supradictos, & sub eisdem, etiam dominis meis dominis Cardinalibus, Ad complendum ea quæ in Hispania sunt fienda reuerendos patres, & dominos Lupum Cæsaragust. & Gometium Toletan. Archiepiscopos, prædictum Camerarium meum, ad Martinum Fernandi Decan. Conchen. meos constituo, & facio executores, quibus do, & concedo plenam, & liberam potestatem exequēdi, & complendi de bonis meis omnia, & singula supradicta in huiusmodi meo testamento contenta. Et hanc assero, & esse volo meam ultimam voluntatem, quam iure Testamenti, seu Codicilli, vel cuiuslibet alterius ultimæ voluntatis volo perpetuo valitaram.

Et reuoco, quodcumque aliud Testamentum Codicillos, & ultimas voluntates quascunque per me hactenus, conditas factas, seu ordinatas, sub quacunque forma, & expressione verborum, etiam si in eis, vel earum aliqua fuerit aliqua clausula derogatoria incerta, quam in præsenti volo pro expressa haberi, & specialiter nominata, & eis, seu ei, ex certa scientia per præsens testamentum, seu ultimam voluntatem pœnitus derogo, & pro abolitis, & non incertis haberi volo. Requiriens, ac rogans Notarium publicum infra scriptum, ut de præmissis omnibus, & singulis conficiat unum, duo, tria, & plura, & tot quot expedierit, publica instrumenta. Ipsaque mandauit, & voluit sui Sigilli appensione muniri: quæ fuerunt acta in Rocha Papali, alias sancti Cataldi Ciuitatis Anconæ in camera secreta superiori dicti Domini Legati. Anno, Indictione, Die, Mense, & Pontificatus prædictis

6

etis, præsentibus Reuerendis in Christo Patribus dominis Henrico Brixien. & Alphonso Firman. Ecclesiarum Episcopis, & Ioâne de Marmanno Abate sanctæ Mariæ de Sutora Nurcemen. Dicæces. necnon venerabilibus viris domino Ioanne de Senis in iure ciuili licentiatu, & Alphonso Fernandi Thesaur. Ecclesiæ Toletanæ, & Petro Alphonsi Archidiacon. de Calatraua in ipsa Ecclesia Toletan. ac Sanctio Sanctii Canonico Segobien. Testibus ad præmissa vocatis, specialiter, & rogatis.

Et Ego Fernandus Gometii de Pastrana Clericus Toletanensis Dicæces. publicus Apostolicus, & Imperiali auctoritate Notarius, prædictis omnibus, & singulis dum sic, ut præmittitur per præfatum Reuerendissimum Patrem Dominum D. Aegidium Cardinalem fierent, & agerentur vñà cum prænominatis testibus præsens fui, eaque omnia, & singula propria manu fideliter scripsi, & publicau, signoque meo solito signau. Rogatus, & requisitus in testimonium præmissorum.

Et Ego Henricus Episcopus Brixien. testis suprascriptus in testimoniu præmissorum propria manu me subscrispi.

Et Ego Alphonsus Episcopus Firmanus testis supradictus me propria manu subscrispi in fidem præmissorum.

Et Ego Ioannes Senen. præfatus manu propria me subscrispi in testimoniu præmissorum.

Et Ego Ioannes Abbas sanctæ Mariæ de Sitria, testis prædictus propria manu me subscrispi in testimonium præmissorum.

Et Ego Alphonsus Fernandi Thesaurarius Toletan. prædicti Domini Legati Camerarius testis supradictus propria mano me subscrispi in testimonium præmissorum.

Et Ego Petrus Alphonsi, Archidiaconus de Calatraua, testis suprascriptus propria manu me subscrispi in testimonium præmissorum.

Et Ego Sanctius Sanctii, Canonicus Segobien. testis prædictus me in testimoniu prædictorum propria manu subscrispi. Deo gratias.

Impressum Bononiae impensa Collegii Hispanorum vtriusq; Vniuersitatis Iuristarum, ac prædicti Collegii, Rectore Magnifico. D. Petro Garsia de Atodo catabro oppidi de Albiztur, in ædibus Joannis Baptista Phaelli Bibliopolæ Bononiæ sis. Anno MDXXXII. xiiiij. Calend. April. sedente Cle. VII. Pont. Max. & imperante Carolo V. huius nominis inuictissimo Rege Hispaniarum, &c.

Site Divi Aegidii nostri oblectat lectio Testamenti Amicissime lector sola in-
spectatione deprehendes diuinij hominis omnibus virtutibus, libertate, &
magnificentia præcipue illustratum exemplar. Vnum tamen, quod facile quis-
que sapientissimus ignorare posset quodque ad intelligentiam eulogii maximè
necessarium est prætereundum non duxi. Quid scilicet pro verbo illo Marapeti-
nus toties in hac solemni ultima voluntate reperito intelligendum sit. Scito igit-
tur marapetinus vulgare Hispanorum inter quos præsens testamentum conditū
pater fore nomen monetæ argenteæ illo tempore valoris vnius Carleni, aut parum
plus. Cætera per te habebis.

Biological problems raised in the application of the principles of the new technique

Ego Apponit Episcopas. Inter nos certe quipidigies me pectoris us
unusquisque in fidem patetitudinem.

Et ego loquens tecum, pergitus meus pectoris me suppeditat in lectio.
dium de suorum gemitum.

Un'ulte fuppliriaj li tefumouinti di ampij qdij.

Er: Leo Alphonse Heinsz | T-pelsusines T-olens, biezighi! Duncin! Fegi

... der Börsen-Berlin. Alpenglühen und Choralsingen statt. Ganz großes

biopicum tenui incepitque in festinatio pectorum.

Si quis ergo omnibus tributis minus impeditib[us] Deo d[omi]n[u]s

Digitized by Google

História da Pediatria College, Região Metropolitana de São Paulo, São Paulo, SP, Brazil.

12 Anno MDXXIII. xiiiij. Cjord. Ab. J. regis. C. A. H. Tosc. Msc. 25
Ipsorum obitum de Alpamurto sibi super locum pectus. Piscis. P. Bono

INDEX RUBRICARVM OMNIUM STATVTO.

rum Collegii, simulatq; distinctionum, in quorum calce est quodam forma communis, seu instructio scholasticis uenturis necessaria, & profutura.

Incipit prima Distinctio.

Statutum primum fol. iii.

Quod Collegium domus hispanorum, & ipsius sacellū, nomine sancti Clementis nuncupetur.

Statutum secundum. fol. iii.

Quot Capellani, & quales, & cuiates esse debeant, & a quo deligi, atq; admitti, & de iuramento in admittance ab ipsis prestādo.

Statutum tertium. fol. v.

Quod Capellani cōmūnem uitā cū sodalibus agant, non tamē sint mēbra quasi corporis Collegii, ac de eorum prouisione, & subsidio.

Statutum quartum. fol. v.

Quomodo capellani se debeant habere circa diuinum cultū ferijs, & diebus solennibus.

Statutum quintum. fol. vi.

De missa pacis, & exequiis anniuersariis celebrādis, & cui oblationes in sacello factæ debeant attribui.

Statutum sextum. fol. vi.

Cui ornamēta facelli, & reliqua supellex ad officia celebranda debeant consignari, & per quem apparari.

Statutum septimum. fol. vi.

De pœna capellanorū qui diuinis officiis nō interfuerint, ac de eorū de festibus supplendis, & quod nullū officiū habere possit per quod impediatur ministerium facelli.

Statutum octauum. fol. vii.

Capellani quandiu possint in Collegio permanere, & à quo corrigi, & quibus ex causis à Collegio expelli debeant.

Statutum nonum. fol. vii.

De officio peragēdo à sodalibus pro Domini Aegidij anima, & consanguineorum.

Statutum decimum. fol. vii.

De audienda re diuina, & ministerio à scholasticis in Capella prestādo, & deficientium multa, ac præsentium distributionibus.

Statutum undecimū. fol. viii.

Quibus temporibus Rector, & cæteri sodales confiteri debeant peccata sua, & sumere corpus Christi, & de pœna omittentium.

Sequitur secunda distinctio.

Statutum primum. fol. viii.

Quot sodales esse debeāt, & de facultatibus, quibus debent operam dare, deq; his non confundendis, aut transmutandis.

Statutum secundū. fol. viii.

Quæ ecclesiæ, & quot singulæ scholasticos, & unde debeāt præsentare.

Statutum tertium. fol. ix.

Quomodo præsules, & ecclesiæ debet & unde scholasticos præsentare.

*

I N D E X.

- Statutum quartum. fol. ix.
Quot scholasticos, & quomodo, & unde optimates gentis albornotiae praesentare possint.
- Statutum quintum. fol. x.
Quot sodales ex Albornotia famalia possint esse in Collegio, & a quo praesentari.
- Statutum sextum. fol. x.
Quomodo Collegium tractare debeat primarios viros Albornotiae familiæ, Bononiam uenientes.
- Statutum septimum. fol. x.
Quis ex pluribus praesentatis, certis præferri debeat.
- Statutum octavum. fol. xi.
Si plures concurrant in exhibendo, quis cui præferri debeat.
- Statutum nonum. fol. xi.
Quemadmodum Rector, & consiliarii praesentatores, ut scholasticos praesentent, admonere teneantur, ac alia facere, locis in Collegio uacantibus.
- Statutum decimum. fol. xi.
Quomodo perquisitor in Hispaniam mitti debeat, & quomodo suum munus obire.
- Statutum undecimum. fol. xii.
De suplenda negligentia praesentatorum per Rectorem, & consiliarios, & quid sit faciendum, si quis intradecem menses, vel post praesentatus uenerit.
- Statutum duodecimum. fol. xii.
Quot in Collegio possint, extra formam supra traditam, in negligentia praesentatorum admitti, & de iuramento prestando,
- Statutum tertium decimum. fo. xii.
De aetate, & qualitate ad Collegium admittendorum, & qua disciplina instructi esse debeant.
- Statutum quartum decimum. fo. xiii.
De scholasticorum in Collegium admittendorum, erga uitam, mores, ac docilitatem examinatione, & de forma in admissione tenenda.
- Statutum decimum quintum. fo. xiii.
De formula iuramenti, quod praestare debet scholastici, antequam admittantur, & de ipsorum admissione.
- Sequitur tercia distinctio.
- Statutum primum. fo. xiv.
De consignatione cubicolorum, & suppelleftilis, ac de ipsorum ratione reddenda, & de uisitatione super his, bis in anno per Rectorem facienda.
- Statutum secundum. fo. xiv.
De suppelleftile Cubiculorum non transmutanda, & eius conseruatione.
- Statutum tertium. fo. xiv.
De Cubiculorum distributione.
- Statutum quartum. fol. xv.
De Cubiculorum mutationibus non faciendis, & eorum cum uacauerint electione.
- Statutum quintum. fol. xv.
De portione cibi quotidiani, & de eius duplicatione.
- Statutum sextum. fol. xv.
De hora prandij, & coenæ, & pulsatione campanellæ, ac de benedictione mensæ, & gratiarum actione.
- Statutum septimum. fol. xvi.

I N D E X . I

Quo tempore fores Collegij, & per quem claudi debent.

Statutū octauum. fol. xvi.

Qui sessionis ordo, rā in facello, quā in mensa, eu alibi inter Collegiales seruari debeat.

Statutum nonum. fol. xvi.

De lectione sacrae scripturæ in prandio, uel in cœna, ac de silentio tenendo, & quod ad mensam communē nihil priuatim afferatur, ac de Xemio misso alicui, distribuendo, & de fragmentis panis, quæ superabunt, & ut in triclinio diebus ieiunij carnes, uel oua comedи non possint, & de januis non apperiendis.

Statutum decimum. fol. xvii.

De subsidio agrotantium, & mortuum funere.

Statutū undecimum. fo. xviii.

Quod nullus possit externum aliquē in Collegio inuitare, uel ad dormiendum admittere, exceptis iis, de quibus hoc statuto cauetur, & de scedula pro pane, & uino dandis.

Statutū duodecimū. fo. xixiiii.

Quomodo uestiri debet Collegiales, & de pœna eorum qui sine ueste taliari incedunt.

Statutū decimūtertiū. fo. xviii.

De Candelis, & subsidio Collegialibus suppeditando.

Statutū decimūquartū. fo. xix.

De indumentis octenio toto tribuendis.

Statutum decimūquintū. fo. xix.

De subsidio Collegialibus ad gradū præstando, ac disputatione per ipsa.

sos habenda prius intra collegium, & extra publice, & cautione præstanta.

Statutū decimūsextum. fo. xx.

De honore impêdendo collegialibus gradū sumentibus, & ineunda ratione, si sint plures, & pecuniæ nō suppetat, cūctis gradū sumere uolētib.

Statutū decimūseptimū. fo. xx.

Quandiu Collegialibus liceat, in collegio commorari.

Statutū decimūoctauum. fo. xx.

Quid faciendum sit, si collegiales uectigalibus ageantur.

Statutū decimūnonū. fo. xxi.

De licentia dāda, seu deneganda, præsertim mense Aprili Collegialibus, ut absint à collegio, & quandiu possint abesse, ac quod nullus ad locū absentis in collegiū possit admitti.

Statutum uigesimum. fo. xxi.

De lectionibus quotidianis, & opera studijs impendenda.

Statutū uigesimūprimū. fo. xxii.

De humaniorum literarum lectione in Collegio legenda, ac latine loquendo.

Statutū uigesimūsecundū. fo. xxii.

De regimine cathedralē theologiz, & immunitate regentis.

Statutū uigesimūtertiū. fo. xxii.

De concionibus religiosis habendis in Collegij sacello.

Statutū uigesimūquartū. fo. xxii.

De exercitio literario.

Sequitur quarta distin^{tio}.

Statutum primum. fol. xxiiii.

^{* ij}

I N D E X.

De electione Rectoris.

Statutum secūdum. fo. xxiiii.

De non recusando officio ab eo; qui fuerit Rector declaratus, ac eius confirmatione petenda, & iuramento per Rectorem præstanto.

Statutum tertium. fol. xxv.

Quod Rector collegij possit esse universi gymnasii Bononiensis Rector, & in absentia sua uice Recterē Collegij dimittere, & de eius salario.

Statutum quartum. fo. xxv.

De electione Consiliariorum, & eorum iuramento, & salario.

Statutum quintum. fo. xxvi.

De electione Syndicorum, & eorum iuramento, & salario.

Statutum sextum. fol. xxvi.

De electione Oeconomi, & eius iuramento, & salario.

Statutum septimum fol. xxvii.

Quod nullus officialis in annum sequentem iterūm diligatur, & de ambitu uitando.

Statutum octauū. fo. xxviii.

De electione mittendorum ad possessiones tempore frugum percipientiarum, ac de eorum salario, & officio: & quod nullus ibi manere possit extra id tempus.

Statutum nonum. fol. xxix.

De iurisdictione Rectoris circa causas, & negotia Collegialium, & ad quem ab eo possit prouocari.

Statutum decimum. fu. xxix.

De potestate Rectoris, & consiliariorum circa administrationem bonorum Collegij, & circa non expresse prouisa per huiusmodi statuta.

Statutū undecimum. fo. xxxiii.

Vt quolibet anno in granario cētum corbes frumenti, & in cella uinaria centum uini, ac ducentæ libræ Bononienses in arario retineantur.

Statutū duodecimū. fo. xxix.

Quæ debeant per Collegium, uel Rectorē, & Consiliarios expediri, & quid sit faciendum in ipsorum dissidio.

Statutū tertiuūdecimū. fo. xxix.

De officio Rectoris, & Consiliariorū, circa domus gubernationem, ac debitorum antiquorum recuperatione.

Statutū decimūquartū. fo. xxx.

De eorundem circa possessiones per se, uel per alios Collegiales uisitandas, & alia facienda.

Statutū decimūquintū. fo. xxx.

De officio Oeconomi.

Statutū decimūsextū. fo. xxxi.

Quot libras Oeconomus possit compensando acceptas facere, & de ratione cum creditoribus ineunda, & locationibus, aliisq; contra, dibus.

Statutū decimūseptimū. fo. xxxi.

Quomodo Cōsignatio pecuniarum, & acceptum, impensumq; ab Oecono mo debeant describi.

Statutū decimūoctauū. fo. xxxii.

De officio Syndicorum.

Statutū decimūnonū. fo. xxxiii.

De prædiorum curatore, & subcuratore.

Statutū uigesimum. fo. xxxiii.

De famulis Collegij, & eorum ministeriis, salario, & cautione præstāda.

I N D E X.

- Statutū uigesimū primū. fo. xxxiiii.
De medicis, notario, procuratore, &
eius iuramento, tonsore, lotrice, eo
rumq; salarijs.
- Statutum. xxii. fol. xxxv.
De archa cōi, siue ærario Collegij.
Statutum. xxiii. fo. xxxv.
De conseruatione instrumentorum,
scripturarum, de sigillis Collegij, &
de inventarijs faciendis.
- Statutum. xxiiii. fol. xxxv.
De custodia, & conseruatione libro-
rum, & Bibliothecæ.
- Statutum. xxv. fol. xxxvi.
Quis ordo sit tenendus, si redditus col-
legij nimium attenuentur.
- Statutum. xxvi. fol. xxxvi.
Quid faciendum, si Collegium pecu-
nijs abundauerit, & a quo dubia
sint diiudicanda, & quomodo sta-
tuta intelligi debeant.
- Statutum. xxvii. fol. xxxvii.
De protectoribus Collegij.
- Statutum. xxviii. fol. xxxvii.
De uisitoribus collegii, & tempore,
& ratione uisitationis, de uisitato-
rum salario, & potestate, & pœna
reclamantium.
- Statutum. xxix. fol. xxxviii.
De potestate uisitorum circa bona,
& causas collegij, & quid sit facien-
dum, si uellent aliquid Collegij oc-
cupare.
- Sequitur Quinta distinctio.
- Statutū primum fo. xxxviii.
De pœna blasphemantium, uel per
deū, aut sanctos passim, temereq; iu-
- tantiū, aut turpia uerba loquentiū.
- Statutū secundū. fol. xxix.
De pœna eius, qui mulierem aliquam
in collegiū induxerit, aut cū ea in-
tra, uel cum monacha, etiam extra
collegium concubuerit.
- Statutum tertiu. fol. xxxix.
De pœna furantiū aliquid de bonis,
uel rebus Collegii, uel sociorum
possessionum.
- Statutum quartū. fol. xxxix.
De pœna portatiū arma, & percutie-
tiū, aut ad percutiendū capientiū.
- Statutum quintum. fol. xl.
De pœna uerbis rixantium, & ad uer-
bera sine armis procedentium, & al-
teri parti fauentium.
- Statutum sextum. fol. xl.
De pœna maledicentium, uel infamā-
tium coram, uel in absentia susurrā-
tium, & seditiosorum.
- Statutum septimum. fo. xl.
De pœna falsi testis, ac eius, qui in per-
iurium incurrit horum statutorum
uigore, & eius qui Rectori non obe-
dierit in licitis, & honestis.
- Statutum octauum. fo. xli.
De pœna ludentium taxillis, aleis, aut
chartis.
- Statutum nonum. fol. xli.
De pœna canentium lyra, aut alijs in-
strumentis, & tripudiantium, & eo
rum qui personati Collegiū exeūt
uel in grediuntur. Item cellā uina-
riā, uel coquinam intratiū, aut ali-
quid de suppellectile Collegij sumē-
tium, ad possessiones collegij sine
Rectoris licentia euntium, eoq; suspe-
ctas mulieres adduentium.

M I N D E X.

Statutum decimum. fo. xli.
De pœna uenientibus foribus colle-
gij clausis, aut per fenestram, uel pa-
rietes aut alias, sine Rectoris licen-
tia, de collegio exeuntis, uel intran-
tis, uel extra Collegium pernoctan-
tis, & eius qui collegio digressus de-
cem dies absuerit.

Statutum undecimū. fo. xlvi.
De pœna dormientis in alterius cubi-
culo, uel literas ad alterum missas
surripientis, uel quoquo modo ac-
cipientis, & non redditis, & eius
qui non præcipuam operam impē-
derit doctrinæ, ad quam in colle-
gio fuerit admissus.

Statutum duodecimū. fu. xlii.
De pœna obtrectantiū Rectori, uel
Consiliariis propter pœnas iniun-
ctas, & contumeliam Rectorem affi-
cientium, uel in statum Collegij,
aut Rectoris caput conurantium,
uel eius honori obſistentium, & se-
creta Collegij enunciantium.

Statutum decimūtertiū. fo. xlvi.
De remedio cōtra iniuriam illatam
a Rectori, & magnas collegialium
seditiones.

Statutum decimūquartū. fo. xlvi.
De pœna Rectoris, & Consiliariorū
si negligētes fuerint in pœnis infligendis, & de prouisione contra Re-
ctorem, statuta non seruantem, nec
ut seruentur curantē, uel bona col-
legij male administrantem.

Statutum decimūquintū. fo. xlvi.
De pœna Oeconomi, remanētis in fi-
ne sui officij cum pecunijs Collegij,
& aliorum collegialium, qui pecu-

niam recipiunt ex quacunq; re col-
legii.

Statutū decimūsextū. fo. xlviij.
Ur penultimus collegialis appendat
carnes, & pisces, ultimus vero scri-
bat expensum panis, & uini, nec cla-
ues alicui famulo permittat.

Statutū decimūseptimū. fo. xliii.
Quod nemo de Collegio possit fide-
iubere in causis Collegij.

Statutū decimūoctauū. fo. xliii.
Quod nemo externus adducatur ad
possessiones.

Statutū decimūnonū. fo. xliii.
Quantum possit Rector iu fabricis
expendere.

Statutum vigesimum. fo. xliii.
De disputationib. non admittēdis.


Statutū vigesimūprimū. fo. xliii.
De cōmutatione pœnæ expulsionis
ad paucum tempus a collegio, & de
expulsorum ad multum uestitu, &
de non se absentando sine licentia.


Sequitur forma cōmuni. fo. xliy.
Quomodo perquisitor in Hispaniam
mittendus, probationes a Collegia
libus allatas examinare debet, ad
approbandum, aut reproban-
dum. fo. xliyiii.

Quæ emolumenta scholastici acce-
pturi sunt a collegio, & quandiu in
ipso possint commorari. fo. xlvi.
Declaratio statutorum circa pœ-
nas. fo. xlvi.

Epistola ubi nomina, & cognomina
scholasticorū cōtinētur. fol. ulti.

F I N I S.





83 25



